



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

x. De quibusdam alijs effectibus excommunicationis maioris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

nu. 2. Summa Aſenſ. 2. p. lib. 7. tit. 11. art. 3. q. 5. Ceterum alij vt Hoſt. in Sum. lib. 5. tit. de ſent. exc. nu. 16. verſ. Quid ſi teneor. Pan. in c. veritatis. nu. 39. de dolo & contumac. Barth. Brixiens. quem refert Pan. vbi ſupra. Mariā. Soc. in c. inter alia. nu. 93. de ſent. excom. Angelica. in verbo exc. 7. nu. 12. & ipſamet gl. in c. fin. in verbo. alioquo pacto. de hæret. Medina. C. de reſtit. q. 3. cauſa 9. verſ. ſi autem creditor. Vgol. Tab. 2. cap. 20. §. 2. n. 2. docent. excommunicato non eſſe ſoluendum in hoc caſu. Et quidem aut promiſſio hæc facta fuit excommunicato durate excommunicatione. aut aute excommunicationem. ſed tempore ſolutionis ſuperuenit excommunicatio. in primo caſu. licet dubium ex eo poſſit eſſe. quod teneatur ſoluere. eo quod promiſſus videtur ſe obligaffe. & intent ionem ſoluendi habuiſſe etiam pro tempore excommunicationis. tamen verius. & probabilius exiſtimo cum Pan. vbi ſupra. non teneri. nec poſſe eo tempore ſoluere. Quia obligaret ſe ad peccatum ſcilicet ad communionem a iure prohibitam. non enim potuit ſe per iuramentum obligare contra iuris diſpoſitionem. vt in c. Quanto. de iureiur. Quare tale iuramentum fuit temerarium. & ideo non ſeruandum. Vnde Canon *In malis promiſſis reſcindo fidem. in turpi vero muta propoſitum. quod incaute voſiſti. ne facias. impropia eſt promiſſio. qua ſcelere adimpletur.* 22. q. 4. c. *In malis promiſſis.* In ſecundo caſu. multo minus obligatur promiſſionem adimplere. ſcilicet excommunicatio poſt promiſſionem ſuperuenit. nec propterea periturus erit promittens. aut iurans. Quia vt ait gloſ. in c. fin. in verbo aliquo pacto. de hæret. & eadē gloſ. in c. Nos Sanctorum. in verbo conſtricti ſunt. 1. q. 6. & in c. Ne quis. in verbo. furens. 22. q. 2. ſemper intelligitur iuraſſe ſub hac conditione. ſi res in eodē ſtatu permanet. vt ff. de ſolut. l. cum quis. & cap. Quemadmodum. de iureiur. & ſi is. cui promiſero talis ſit. & permanſerit. cui communicare liceat. & quia in omni iuramento. & promiſſione ſubintelligitur excepta ſuperioris. & Legis auctoritas. arg. l. fin. & ibi DD. ff. Qui fatiſdare cogantur. Vetat autem Lex. ne quis cum excommunicato denunciato communicet. vt habetur c. ſicut Apoſtoli cum tribus ſeq. 1. 1. q. 3. vnde ſicut furioſo effecto gladium reſtituere non teneor. cui ſano promiſi me illum. redditurum. 22. q. 2. cap. Ne quis ita. nec poſtea excommunicato. Et facit c. Quem admodum. de iureiur. cum ſimilibus. & ſibi imputet ſic excommunicatus. quia ipſe ſua culpa ſe talem reddidit. vt licite promiſſum ſoluere non poſſim. Et hoc quod diximus. locum etiam habet. etiam ſi Iudex ſub pœna excommunicationis iure ipſo iuſſiſſet. vt intra talem diem ſoluere. cum Iudex contra Canones hoc præcipere non poſſit vt ſcilicet excommunicatus non vitetur. arg. cap. 1. de conſtit. iuncto ca. cum deſideres. de ſent. excom. Quamuis in hoc caſu. ad eundem ſit Iudex. & certior de creditoris excommunicatione faciendus. ne alioquin tanquam contumax in excommunicationem latam incidere præſumatur.

21 *Verior igitur mihi hæc opinio viſa eſt. quod in caſibus iſtis non teneatur quis quod promiſerit ſub iuramento taliter excommunicato ſoluere. tum quia communicare cū excommunicato non licet. tum quia vt ait Hoſtienſis. opinio hæc magis tendit in fauorem fidei. & cenſuræ Eccleſiaſticae. tum etiam in fauorem animarum ipſorum excommunicatorum. & in odium peccatorū ſuorum. hæc enim ratione excommunicati ipſi citius a contumacia reſpiſcent. & abſolutionem procurabūt. vt quod ſibi debitum eſt. recuperare poſſint. & alij etiam non excommunicati videntes quod debita ſua non recuperabunt. ſi excommunicentur. ſibi ipſis magis cauebūt. ne aliquid faciant ob quod excommunicationem incurrant. Et de contractib. hæc ſint ſatis.*

De quibusdam alijs effectibus excommunicationis maioris. Cap. X.

ETIAM SVMMARIUM.

- 1 *Conuentus de crimine criminaliter. aut ciuilitate. & ob contumaciam ea de cauſa excommunicatus. in qua per annum perſeuerans nocens cenſetur.*
- 2 *In excommunicatione manens per annum. beneficijs Eccleſiaſticis obtentis. an. & quando priuandus.*

- 3 *Manens excommunicatus per annum ob contumaciam in cauſa ciuili nõ eſt priuatus. aut priuandus beneficijs*
- 4 *Excommunicatus pro contumacia ſuper crimine hæreſis. perſeuerans per annum. beneficijs ipſo iure priuatur.*
- 5 *Annus. in quo perſeuerare dicitur. debet eſſe completus.*
- 6 *Perſeuerantia in excommunicatione per annum. non ſufficit. niſi in ea per annum animo pertinaci ſtet.*
- 7 *Post annum completum. vt beneficijs priuetur neceſſaria eſt ſententia declaratoria.*
- 8 *Permanens in excommunicatione per annum. quã incurrit ratione contumacia ſuper crimine homicidij eſt poſt annum habetatur pro conſeſſo. non eſt tamen beneficio priuatus. ſed per ſententiam priuandus.*
- 9 *Perſeuerans in excommunicatione per annum incurſa ob contumaciam leuis criminis. habetatur pro conſeſſo. ſed non priuatur beneficio*
- 10 *Excommunicatus quacunquẽ de cauſa criminali. vel ciuili. & in ea pertinaciter per annum perſeuerans. nec ab ſolutionem procurans. præſumitur ſuſpectus de hæreſi.*
- 11 *Suſpectus de hæreſi. ob quamcunquẽ cauſam. & vt ſe ſuſpectus de hæreſi. citatus. & vocatus ab Inquiſitoribus venire contemnens. an. & quando vt hæreticus damnandus.*
- 12 *Excommunicatus. vt penas præſatas incurrat. requiritur quod fuerit nominatim excommunicatus. & declaratus.*
- 13 *Citatus. ſi ob iuſta impedimenta. reſponſurus nõ veniat. non tanquam hæreticus. aut de hæreſi ſuſpectus. conuictandus erit dummodo procuratorem conſtituat.*
- 14 *Excommunicato denunciato Rege. ſubditi a iuramento fidelitatis illi præſtito liberantur. donec abſoluantur.*
- 15 *Excommunicatus an priuilegijs ſibi conſeſſis priuatus ſit.*
- 16 *Excommunicatus clericus. priuilegio Canonis non priuatur.*
- 17 *Clericus coniugatus excommunicatus. utroque priuilegio. ſcilicet. Canonis. & fori gaudet.*
- 18 *Clericus excommunicatus ſolum coram Iudice Eccleſiaſtico conueniri poteſt.*
- 19 *Excommunicatus loci immunitatem non amittit. vnde ad Eccleſiam fugiens. inde extrahi non poteſt.*

1 **T**ertius etiam effectus excommunicationis maioris hic annuerati ſolet. Quod conuentus de crimine ſue ciuilitate ſue criminaliter. & ob contumaciam ea de cauſa excõicatus. & in eadē excommunicatione per annum perſeuerans. conuictus cenſetur de eo crimine. de quo accuſatus fuit. vt colligitur ex c. Rufus. 1. 1. q. 3. vbi habetur excommunicatus ob crimen. intra annum excommunicationis innocentiam ſuam offendere debere. alioquin tanquam conuictus de crimine cenſendi erunt. Dicitur. n. *Si vera intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint. nulla eorum vox poſtea penitus audiat.* Loquitur autem hoc cap. Rufus. vt ibi notat gloſ. in verb. Rufus in fine. de negotio criminali tantum. & in c. Quicumque 1. 1. q. 3. dicitur. *Quicumque intra anni ſpationem ciuilitate ſue publice cauſam ſuam coram ſuis excommunicatoribus non peregerit. ipſe ſibi audiendi clauſiſſe videantur.* & loquitur hoc c. vt reſtatut gl. in d. c. Rufus. in fine. & in hoc c. Quicumque in verbo. publice. tam de ciuili negotio. quam criminali. Ex quo igitur poſt annum in excõicatione manens. audiiri non poſſit. pro conuictus habetur. Et eadem gl. in c. cum contumacia in verbo Hæreticus. & ibi Philippus Franc. & Petr. Anchi. de hæret. li. 6. & gl. in c. excõicamus. 1. §. Qui autē. in verbo. condēnentur. & ibi Pan. n. 7. de hæret. in antiq. & Spec. in tit. de accu. §. ſequitur. verſ. porro ſecūdm Canones. & Vgol. in d. c. Rufus. & Pan. in ca. 1. n. 24. de iudic. ait. ex eo quod c. Rufus. & c. Quicumque. 1. 1. q. 3. dicunt. quod nulla vox eorum in Iudicijs penitus audiat. & per e inſinuat q̄ ſuper criminib. non ſunt audiendi. quaſi iuris interpretatione

ratione habeantur pro confessis, & in c. veritatis, nu. 27. vbi etiam refert 104. And. de dolo, & contumac. Mar. Soc. in c. per tuas, num. 30. de sent. exc. Arnaldus Albertinus repet. in Rubrica de heret. nu. 32. & Anton. Burgos, repet. in c. De Quidam deo, nu. 68. de iudic. Nau. in Man. ca. 27. nu. 23. vers. Decimus exco. Cou. in c. alma mater, 1. q. 7. num. 10. vers. conuentus, de sent. exc. lib. 6. Rebuff. repet. in c. postulasti, nu. 247. de Cler. excom. ministr. Hentij. lib. 13. de excom. c. 7. §. 5. Vgol. de censur. Eccles. Tab. 1. cap. 14. §. 3. nu. 4. & Tabul. 1. c. 24. §. 3. Ratio est; quia ex quo iudicium subterfugit, presumitur nocens, & confiteri, quae presumptio augeatur, & vehemens efficitur, ex eo quod tantum temporis in excommunicatione perseverat, arg. c. cum contumacia, & ibi glos. in verbo, vehementem, de her. lib. 6.

Quartus est; Quod in excommunicatione manens per annum, secundum glos. in c. Rufus, & c. cum contumacia, vbi supra, & alios DD. quos infra referemus, beneficiis Ecclesiasticis, quae habet, aut iure ipso priuatus est, aut saltem priuari potest. Quia vero DD. confusè nimis materiam hanc exposuisse videntur, & aliqui, vt Specul. vbi supra, solum ait non priuari posse beneficiis suis; aliqui vero, vt Innoc. in c. cum bonae, num. 2. de arat. & qualit. & Archid. in d. c. Rufus, & Anton. de Butt. & Felin. ibi, num. 17. qui ait hanc esse communem sententiam, Marian. Soc. in c. per tuas, nu. 28. de sentent. excommunic. volunt ipso iure priuatum esse beneficiis suis. Alij vero solum priuari putant beneficiis, quando esset excommunicatus pro causa criminali, secus autem, si pro civili excommunicatus fuisset, in eaque per annum permiserit, vt Steph. Costa in c. cum medicinalis, nu. 9. de sent. exc. lib. 6. Angelica, in verbo, excom. vlt. nu. 17. Tabiena, verbo, excom. 1. vers. octavo, in fine, & fauer Nau. in Man. c. 27. nu. 23. vers. Decimus sexto, ideo claritatis causa, quid probabiliter in hac re dici possit, sequētib; propositionibus breuiter exponam; **Quarta**

Prima est; Perseuerans in excommunicatione per annum, lata ratione contumaciae incurse pro causa civili, vt potest, pro debito, non est post annum ipso iure beneficij priuatus, nec priuatus. Fauer glos. in c. contingit, in verbo, Non potest, de dolo, & contumac. Angelica, & Tabiena, & Steph. Costa, vbi supra, Rebuff. expr. esse, repet. in cap. postulasti, nu. 242. de Cler. excom. ministr. Vgol. Tab. 1. c. 14. §. 3. nu. 5. vers. Ego in hac. Et facit c. cum bonae, de arat. & qualit. vbi perseuerans in suspensione per triennium, non est priuatus beneficio, sed solum mandatur, vt priuetur; & proinde idem de excommunicatione dicendum erit. Et facit cap. Quoniam in fine, vt lite non contestat. & fauer Nadar. vbi supra. Ratio est; quia non est quis priuatus, nisi in casibus a iure expressis; glos. in c. fin. in verbo, ex vi iuris patronatus, de iure patron. At vero casus hic nullibi reperitur expressus, nam dicit c. Rufus, & c. Quicumque, 1. q. 3. non id dicitur, vt rectè notat Pan. in c. 1. nu. 24. de iud. etenim capita illa nullam faciunt de beneficiis mentionem, sed solum vt post annum non audiantur in causa pro qua conuenti erant; Vnde Rebuff. vbi supra, nu. 243. hanc practicam esse ait, in tali casu, quod vbi per annum in excommunicatione permanserit, impetrari debeant literae a Cancellaria, ratione quarum compellatur ad solvendum instante Episcopo seu eius promotore, vel procuratore, si bona habuerit; si non habuerit, praestari debet cautione saltem iuratoriā de soluedo, cum venerit ad pinguiore fortunam, arg. c. Joardus, de solution. vel vt alij volunt, postquam per annum in excommunicatione permanserit, citari debet instante procuratore Episcopi, reponitur super articulis, & negotio fidei, & si non compareret, & excommunicatus pro huiusmodi causa perseveraret per annum, post annum priuatus esset beneficiis. Aufser. in Decis. cap. Tholof. q. 365. Henric. Bois, in c. excommunicamus, §. qui autem, de heret. Fel. in ca. Apostolica, col. 2. de except. vbi ait, talem merito suspectum esse de heret. postquam ita in duratus permanet, vt infra dicemus.

Secundus est; Excommunicatus pro contumacia super crimine heresis, vel alio, ipso iure priuatus, perseverans per annum in excommunicatione, est ipso iure beneficiis priuatus; sic Pan. in c. 1. nu. 25. de iudic. Petr. Anch. in con-

sil. 293. Felin. ca. 2. col. 4. de Rescript. Card. in cap. perpendimus, nu. 26. vers. Quapropter, de sent. exc. Marian. Socin. in c. per tuas, num. 30. de sent. exc. & in cap. postulasti, num. 12. & ibi Rebuff. num. 247. de Cler. excom. ministr. Couar. in c. alma mater, 1. par. §. 7. nu. 10. vers. primum hinc apparet, de sent. exc. lib. 6. Vgol. vbi supra, Tab. 1. cap. 14. §. 3. num. 5. vers. excipiat tamen, Et facit c. Rufus, & c. Quicumque, 1. q. 3. & c. excommunicamus, 1. §. Qui autem, de heret. in antiq. & cap. cum contumacia, tit. eod. lib. 6. Ratio est; quia vt diximus, post annum habetur pro conuicto de crimine, & ita ex eo, quod ob crimen si probatum fuisset, beneficio foret priuatus, ipso iure, tanquam de crimine conuictus, post annum in excommunicatione permansens beneficio absque alia sententia priuatus est.

Vbi aduertendum est, requiri vt annus completus sit, vt colligitur ex c. cum contumacia, de heret. lib. 6. ponderando dictionem *ex anno* quae lapsum terminum designat, iuxta ea quae not. gl. in c. cupientes, §. ceterum, in verbo, ex tuac, de elect. lib. 6. & Clem. 1. in verbo, ex tuac, de iure patron. & l. 4. in fine, ff. de cond. & demonstrat. & praeterea etiam requiritur, vt in ea per annum conuenerit; si enim in excommunicatione steterit per sex menses semel, & postea fuerit absolutus, si postea iterum excommunicetur, & resideat per octo menses, non continuabitur tempus sex mensium elapsum ante, ad hoc, vt censetur remansisse per annum; vt in simili dicit Bart. per illum text. in l. finali, §. quoties, in verbo, anno continuo, ff. de public. & rectigal. Alexand. volum. quinto, consil. 34. incip. Visis, & ponderatis, Petr. Anchor. in cap. 1. de Regular. lib. 6. & ibi Philip. Franc. & Panor. in c. ad Apostolicam, nu. 9. de Regular. Joa. de Lignan. in Clem. Eos, de Regular. Rebuff. repet. in c. postulasti, nu. 235. de Cleric. excom. ministr. Nau. tom. 1. cons. consil. 34. nu. 2. & consil. 36. nu. 1. & consil. 37. nu. 2. de Regul. qui dicunt, quod si quis ingressus Religionem, stetit sex menses, & postea est egressus, & iterum est Religionem ingressus, & remansit in ea alios totos sex menses, tamen non censetur fecisse professionem integram; quia illud duplex Semestre non coniungitur, vt annum integrum efficiat; & ita in sacro Penitentiariae Praetorio iudicatum fuisse. Nauar. in d. consil. 37. testatur, Quicquid falso contrarium teneant glos. in Regula. Eum qui certus est, de reg. iur. lib. 6. Specul. in titulo, de statu mona. §. 1. versic. 38. Barthol. Buxiens. in quest. suis, in quest. ion. quae incip. Aliquis intravit Monasterium. est Venerabilis 68. & Alex. sibi contrarius, volum. 4. consil. 54. Viso puncto, eolum. vltima.

Deinde non satis est vt per annum continuum permanerit in excommunicatione, nisi steterit in ea per annum animo pertinaci, vt habetur in d. c. cum contumacia, de heret. lib. 6. & ita qui intra annum instaret pro habenda absolute, & vel malitia Episcopi excommunicantis, aut partis appellantis, & tergiversantis, absolute intra annum non abstineret, non haberet locum poena hęc priuationis, nec aliqua alia, iuxta not. in c. pastoralis, §. verum, de appellat. & gl. in c. vnico, in verbo, in mora, ne se de vac. lib. 6. & Philipp. Franc. in d. c. cum contumacia, Rebuff. repet. in c. postulasti, nu. 256. & 258. de Cler. excom. ministr. Vgol. Tab. 1. c. 14. §. 3. nu. 5. sicut etiam si eam excommunicationem ignorauerit, cum non sit in pertinacia puniretur illa poena.

Requiritur etiam post annum sententia declaratoria, arg. not. per Bart. in leius qui, ff. de iure fisci, per text. in c. cum secundum leges, de heret. lib. 6. & Felin. in c. Rodolphus, de Rescript. vers. sed declaratoria, & in c. cum non ab homine, eolum. 4. de iudic. ante tamen declarationem poterit beneficium impetrari, sicut dicitur de Symonia, & Heresi in c. 2. de Rescript. Et facit quod not. glos. in ca. commissa, in verbo, iusto impedimento, de elect. lib. 6. & ita seruatur ex consuetudine, & Curia Romana seruatur, vt testatur Petr. Rebuff. vbi supra, num. 259. de Cler. excom. ministr. Quod si alteri collatum fuerit, aut alius beneficium illud impetrauerit ante sententiam declarationis, non poterit alter etiam post annum, probata sua innocentia, ad illud restitui, in prauiudicium eius qui illud impetrauerit.

- 8 *Tertia eſt*, Perſeuerans in excommunicatione per annum, quam incurrit ratione contumacia ſuper crimine priuante beneficio per ſententiam, vtpote per homicidium, non eſt poſt annum beneficio priuatus, ſed habetur pro conuictō, vel conſeſſo, & venit priuandus per ſententiam. Hęc Concluſio colligitur ex gloſ. in c. Rurſus, 11. quaſt. 3. Imola, in cap. Querenti, col. 2. de offic. deleg. Marian. Socin. in c. per tuas, num. 30. de ſent. excommūn. Rebuff. in c. poſtulaſtis, num. 260. de Cleric. excommūn. miniſtr. Cou. in cap. Alma mater, 1. par. §. 5. num. 10. verſ. Tertio, ſi quis, de ſentent. excommūn. lib. 6. Vgol. in Tabul. 1. cap. 14. §. 3. nu. 5. verſ. Altera vero hæc eſt, & facit cap. inuentum, 16. q. 3. vbi quis pro graui culpa poteſt priuari beneficio, & c. ſatis peruerſum, diſt. 56. ſent. perſeuerans in excommunicatione per annum eſt in graui culpa arg. cap. Rurſus, 11. q. 3. & c. cum contumacia, de hæret. lib. 6. Vnde ei denegatur audientia, & ius appellandi, d. c. rurſus, & Aretin. in cap. Nulli, colum. 2. de accuſat. d. c. rurſus, & Aretin. in cap. Nulli, colum. 2. de accuſat. d. c. rurſus, & Aretin. in cap. In nomine Domini, in verbo, audientia, d. 23. & proinde beneficijs priuari poteſt.
- 9 *Quarta eſt*, Perſeuerans in excommunicatione incurſa ob contumaciam leuis criminis, per annum, non eſt priuatus beneficio, ſed habetur pro conſeſſo, iuxta not. per gloſ. in dict. cap. Rurſus, 11. quaſt. 3. Nicol. Miles in Repet. in verbo, excommunicamus, §. 1. Auſtr. in diſciſion. Cap. Tholoſ. quaſt. 365. Rebuff. repet. in cap. poſtulaſtis, num. 264. de Cleric. excommūn. miniſtr. nec beneficio priuandus eſt, ſed alia pœna arbitraria puniendus; Vnde, in quibusdam locis ſunt ſtatuta, vt excommunicatus ſoluat decem libras, aut aliam certam pecunie ſummam pro quolibet die, vel menſe, quo ſteterit in excommunicatione, & vt refert Rebuff. in dict. repet. cap. poſtulaſtis, num. 264. de Cler. excommunicat. miniſtr. in Hiſpania lata eſt lex a Rege Ioanne, puniens excommunicatum oneratum ea triginta dies, ſexcentis nummis ſex vero menſes oppreſſum excommunicatione, ſex mille, & poſt qualibet die ſexaginta nummos pendere debet, & a domo ſua expelli. Quæ ſtatuta licita ſunt, nec vllam Simoniam continent, vt tradit Hoſtienſ. in capitul. ad aures, & ibi Panormitan. numero quinto de Simonia, & ibi Felin. & idem Felin. in capitul. irrefragabili, numero quarto, & numero quinto, de offic. ordin. Roman. in Sing. ſuo 345. & diſciſion. 37. quæ incip. An iſte qui in Eccleſijs, Angelica, verbo, excommunicatio, vltim. numero 18. Vgol. de cenſur. Eccleſiaſt. Tab. 1. capitulo quinto. Ratio eſt, quia pecunia hæc pro contumacia imponitur, & pecuniaria pœna quandoque exigitur de iure Canonico, vt in capitul. dilectus, de offic. ordin. excommunicatus citius hæc ratione abſolutionem procurabit. Quam tamen pœnam non ſoluet is, qui quantum potuit, vt abſolueretur, curauit.
- 10 *Quinta eſt*, Quacunq; de cauſa criminali, vel ciuili excommunicatus, & in ea contumaciter per annum perſeuerans, nec abſolutionem procuras, præſumitur ſuſpectus de hæreſi, non ſolum ſecundum iura antiqua, ſed etiam ſecundum Concil. Trident. ſeſſio. 25. cap. 3. de reformat. *Contra eum, tanquam de hæreſi ſuſpectum procedi poteſt.* Faciunt, quæ not. gloſ. in capitulo, excommunicamus, primo §. Qui autem, in verbo, condemnentur, in fine, & ibi Panormitan. num. 7. de hæretic. in antiquit. & idem Panormitan. in capitulo, poſtulaſtis, numero quarto, de homicid. & facit cap. final. & ibi gloſ. in verbo, Hæreticæ prauitatis, & Panormitan. ibi, numero 7. de pœnis. Marian. Socin. in capitul. per tuas, numero 30. de ſentent. excommunicatione. & idem Panormitan. in capitul. 1. numero 25. de iudic. Ioan. de Lignan. de cenſur. Eccleſiaſt. §. Decimus quartus, num. primo, & ſecundo, Felin. in capitul. Apoſtolicæ, column. 2. de exceptione. & clarè reſtat. gloſ. in capitul. ad Apoſtolicæ, §. De hæreſi, in verbo, Hæreſi, de ſentent. & re iudic. libro ſexto, Philippus Francus, in capitul. cum contumacia, de hæretic. libro ſexto, Gundifalvus de Villa diego in tractat. de hæretic. quaſtione 9. & 12. Rebuff. repet. in cap. poſtulaſtis, numero 244. de Cler. excommunicat. miniſtr. Arnaldus Albertinus, repet. in Rubric. de hæretic. numero 34. Couarru. in capitul. alma mater, prima, parte, §. 7.

numero 10. verſicul. Quarto eſt conſiderandum de ſent. excommunicat. libro 6. Simancha Episcopus Septimacensis, in Cathol. institut. capitul. 27. auctor Directorij inquisitionis, 2. parte, c. 47. Vgol. de cenſur. Eccleſiaſt. Tabul. 1. capitul. 14. §. 3. numero 3. & Tabul. 2. capitul. 24. §. 3. Quæ ſuſpicio probabilis eſt, & licet non ſit ſufficiens, vt de hæreſi condeſcitur ſufficit tamen vt ei purgatio iudicatur, in qua ſi deſecerit, poterit vt conuictus de illo crimine, pro quo citatus fuit puniri, iuxta capitul. inter, de purgat. Canon. & cap. excommunicamus, §. qui autem, de hæretic. & latius a præſatis auctoribus declaratur. Et quæ diximus in hoc caſu de excommunicatione, eadem de ſuſpentione, & interdicto dicta eſſe intelligimus, argument. capitul. cum bonæ, de ætat. & qualit. & Innocent. ibi, & ſatis manifeſtè docet Concil. Tridentin. ſeſſione 24. de reformat. capit. 3. in fine, in illis verbis, *Sed, ſi obdurato animo cenſuris annexis in iſtis per annum inſorauerit, etiam contra eum tanquam de hæreſi ſuſpectum procedi poſſit.* & merito, quia non ſolum in excommunicatione manens per annum, ſed etiam in ſuſpentione, & interdicto, & non petens, & procurans abſolutionem, Eccleſiæ clauſes contemnere, & male de Sacramentis, & cenſuris Eccleſiæ ſentire præſumitur.

11 *Sextus eſt*, Suſpectus de hæreſi, vel quia ſtetit in excommunicatione per annum, vel ex alia cauſa, & vt ſuſpectus de hæreſi citatus, & vocatus ab Inquiſitoribus expreſſim, vt ad Iudicium accedat ſuper rebus fidei, vel ſuper crimine hæreſis, de quo accuſatus, aut ſuſpectus eſt, reſponſurus, venire contemnens, & propterea iterum ob contumaciam excommunicatus, in qua per annum perſeuerat, tanquam de hæreſi conuictus, vel hæreticus, elapſo anno condemnari poteſt, vt colligitur ex capitulo, cum contumacia, de hæretic. libro 6. & cap. excommunicamus, primo §. Qui autem, & ibi gloſ. in verbo condemnentur, de hæretic. in antiq. & ibi Felin. & capit. final. de pœnis, in fine. Et quamuis hoc capitulo final. loquatur de biennio, ibi fuit contingentiã facti, ſed idem eſt de anno, vt notat Panormitan. in capitulo, poſtulaſtis, numero 4. de homicid. & in capitulo, final. numero 7. de pœnis. Ioann. Andr. & alij, in cap. primo de homicid. libro 6. & Panorm. in dicto capitulo, excommunicamus, 1. numero 11. de hæretic. & Hoſtienſis, vt ibi refert Panormitan. Marian. Socin. ſenior in cap. per tuas, numero 30. de ſentent. excommūn. & facit Authent. Gazares, C. de hæretic. vt ait Panormitan. Calderin. in cõſil. 5. incip. Diaconus, in titulo de hæretic. Arnaldus Albertinus, repet. in Rubric. de hæretic. numero 34. Couarru. in cap. Alma mater, prima parte, §. 7. numero 11. verſicul. Quinto, de ſentent. excommūn. libro 6. Vgol. Tabul. 1. capitulo, 14. §. 3. numero 2. Ratio eſt poteſt, quia ſufficiens eſt præſumptio & probatio, eum eſſe hæreticum, tum eſt ipſa ſuſpicio hæreſis, cuius cauſa expreſſim ab Inquiſitoribus ad iudicium vocatus eſt; tum ex fuga, & declinatione iudicij, argument. capitul. Nullus, de præſumpt. tum ex animorebelli perſiſtendi in excommunicatione per annum; in quo caſu ſatis eſt quod expreſſim vocatus erat, vt de ſuſpicionem hæreſis, ſeu de rebus fidei reſponderet, & ſufficit quod in genere hæreſis crimen in hoc edicto exponatur, nec requiritur in ſpecie hæreſim ſignificari, ex Couarru. vbi ſupra, poſt Franc. in capitulo, cum contumacia, de hæretic.

ADDITIO.

* Adde. Quid autem dicendum ſit, ſi quis per ſemelleſte ſuſtinuit excommunicationem, & iterum per aliud ſemelleſte, an huiusmodi tempora ſint coniungenda ad effectum, vt excommunicatus dicatur inſorduiſſe per annum, & ſic tanquam ſuſpectum de hæreſi poſſe citari ab inquiſitoribus ſanctæ fidei, dicendum videtur, quod non; non enim in pœnalibus coniungi ſolent tempora, ſicut in fauorabilibus vt in ſimili de inſordiente ad effectum regulæ Cancellariæ in ordine 65. probat Anton. Nald. in ſuis quaſtione. præſt. verbo excommunicatio, ad finem, & verbo, tempus; verſicul. tempora nunquam coniunguntur.

re lib. 6. & Hentic. in cap. excommunicamus, 1. de heret. in antiq.

22. Nota autem Albertinus ubi supra, num. 35. hoc quod diximus, locum habere solum in excommunicato, qui fuit nominatim excommunicatus, seu declaratus, non autem in eo, qui solum incurrit excommunicationem a iure, vel ab homine latam, sine declaratione, ut quia quis incidit in Canonem, c. si quis suadente diabolo, 17. quest. 4. propter manum iniectionem violentam in Clericum, vel quia contraxit Matrimonium in gradu prohibito, contra Clement. 1. de consang. & affinit. & tamen non fuit declaratus a Iudice illam incurrisse; vel si quis non revelavit factum ad mandatum Iudicis iubentis generaliter, non revelantes incurrit excommunicationem a se latam, iuxta tradita in gloss. in cap. in civili, C. de factis. Ratio huius est: quia licet ipsa excommunicatio a iure imposta affigat & inhabilitet quo ad omnes suas potentias illum, qui in eam incidit absque aliqua declaratione, ut in cap. pastoralis, in fine, de appellat. ubi trahit secum executionem, & in e. cum non ab homine, de sentent. excom. nu. 1. & sic respo. in ip. sius excommunicati statim excommunicatio operatur, alium repellendo ab his, a quibus de iure prohibetur, ut habetur in simili, in cap. fin. de coh. cler. & mulier. & denuntiatio seu declaratio non addat vinculum aliquod excommunicationi, ut in d. cap. pastoralis, §. verum, & DD. ibi, quia qui declarat, nihil addit, h. heredes palam, §. si quid post, ff. de testamentis, quoad Ecclesiam tamen, & alios, denuntiatio seu declaratio illa videtur necessaria, maxime ad dictam heresis suspensionem causandam; etenim contemptus ille clauium, de quibus videtur in d. sententia, inducit illum ad illam suspensionem, quia non obedit Ecclesie ipsam mandanti euitari, & ab Ecclesia foras expelli, quod mandatum ipse contemnit stando in excommunicatione per annum non obstante illa declaratione quod non est ante declarationem, licet Deum graviter offensat. Cum igitur non compareas infra annum postquam citatus & declaratus sit suam contumaciam & contemptum ostendit, ut patet in e. cum contumacia, de heret. lib. 6. & ex eo quod contemere videtur Claves, seu potestatem Ecclesie non caret serupulo heretice pravitatis, ut in ca. fin. de penis habetur, merito requiritur, quod ne dum incurrit excommunicationem, sed etiam quod incurrisse eam declaratur. Si enim quoad alios, ut euitetur & etiam si moriatur, ut Ecclesiastica sepultura priuatur, sententia declaratoria necessaria est, ut in causa consulti Petr. de Anchirano in consil. 189. incip. *Tribus de causis Dominus Episcopus*, ubi pro hac allegat cap. cum secundum leges, de heret. lib. 6. & per id quod dicit Iban. Andr. in cap. 2. de prescrip. lib. 6. quod in quibusdam penis afficientibus personam, a iure requiritur confessio, aut sententia, iunctis his quae dicit in c. felicis, colum. 1. de penis lib. 6. & sic ante declarationem Ecclesiastica sepultura priuata non debet, ut ibi per eum; quanto minus sine excommunicationis declaratione, contra aliquem presumi debet de crimine heresis, quod est tanti prejudicium, in quo omnia poenarum genera concurrunt, de quibus tradit Oldrad. in consil. 210. incip. *Regularis habet iurisdictionem*, quae omnia maxime confirmantur per Extravag. *Adequanda scandala*, ut infra, unde constat annum hunc non a die incurtus excommunicationis, sed a die declarationis incipere, hoc est, a die ex quo nominatim excommunicatus fuit, cum ex illo incipiat rumor contumaciae, seu contemptus Clauium, seu mortis, non autem a die quo excommunicationem incurrit.

23. *Advertendum* denique est, quod si citatus iusta habeat impedimenta quo minus a Iudice citatus venire possit, non erit tanquam hereticus, aut de heresi suspectus, condemnandus; quo tamen euentu procuratorem constituere debet qui eius nomine iustas absentiae causas, & impedimenta legitima alleget, ut exempli gratia, si fuerit in captivitate, si locus non sit tutus, si inimicitiae sint graues, &c. Quod si nec ipse personaliter comparere voluerit, nec procuratorem constituere, non est ut hereticus ante annum damnandus, neque ut talis intra hoc tempus habendus; anno vero finito hereticus iudicandus est, & bonorum confi-

scatio seu publicatio a iure facta, & alia hereticorum poenae vim & effectum suum in illum obtinebunt, ut latius tradunt Hostiens. Anan. & Doctores, in capitulo excommunicamus, 1. §. qui autem, de heret. & Archidia. Ioann. Andr. & Franc. in capitulo cum contumacia, de heret. lib. 6. quos refert, ac sequitur Couarr. in capitulo alma mater 1. part. §. 7. num. 11. de sentent. excommunicat. libro 6. Sin autem anno elapso ante condemnationem contumaciae copiat in iudicio, velique propria innocentiam, & iustas absentiae causas probare, si eius innocentia constiterit, quia deficit ratio capitul. cum contumacia, de heret. lib. 6. ex eo quod vere contumax non fuerit, admitti debet etiam ad vicandam bonorum confiscationem, & poenas corporis, & infamiae; quod maxime verum est, si seipsum sponte carceri exhibuerit, ut definitum est in decreto quodam Generalium Inquisitorum, cuius meminit Simancha in suis Catholicis Institut. ca. 2. num. 6. ut Couarr. ubi supra testatur.

14. *Septimus est*. Quando Dominus, aut Princeps, seu Rex aliquis excommunicatus est, subditi, & vasalli a iuramento fidelitatis illi praestito, liberantur, donec absoluitur, capital. d. poenis & capitulo. Nos Sanctorum, & capital. iuratos, 1. §. questione 6. Richard. 4. distinctione 18. articulo. 1. §. questione 3. & Paludan. 4. distinctione 18. questione 6. qui ait multos hoc tenere, licet ipse contra iuramentum existimet. Gibr. 4. distinctione 18. questione 2. articulo 3. Ioann. Medina, C. de restitu. questione 3. versiculo. Nota causa Nauar. in Manuali, capitul. 27. numero. 42. versiculo. undecimo. Sanct. Antonin. 3. parte titul. 24. capitulo. 76. versiculo. Decimotertio. Tabiena, verbo, excommunicat. 1. versiculo. Decimoquinto. Summa Astenfis, secunda parte, libro 7. titul. 12. questione 7. Henriquez libro 1. de excommunicatione capitulo. 7. §. 4. Vgolin. de censur. Ecclesiast. Tabul. secunda, capitulo. 11. Hoc autem post moderationem Concilii Constantiensis intelligitur post denunciationem & publicationem sententiae, quia nemo iurare tenetur excommunicatum nisi denunciatum, ut infra dicemus; immo post denunciationem subditi non solum non tenentur amplius ad fidelitatem quam iurauerunt, sed nec obedire debent. Vnde inferunt auctores praefati, nec clericos Episcopo excommunicato denunciato, nec Monachos suo Abbati, nec vasallos suis Dominis excommunicatis denunciatis obedire debere. Ratio est: quia in illis superioribus per excommunicationem hanc expirat iurisdictionis, & potestas dominandi & etiam quia debitam, quo praefati suis maioribus parere tenebantur, non naturale nec diuinum erat, sed humanum, canonicum, seu civile, ut Medina notat, adeoque per ius humanum, tale debitum ob legitimam causam extingui potuit, de qua re in sequentibus dicemus.

15. *In fine huius capituli examinanda est difficultas*, An scilicet excommunicatio privilegii concessi ea iurisdictione priuati, & questio praecipue est de Clerico excommunicato, an ea durante privilegia sibi concessa perdat; habet enim Clericus inter alia multa privilegia quae recenset Ioann. Anton. de Nigris Campanus, repet. in Extravag. unica de vita & honest. Cleric. haec praecipua privilegia, nimirum ut eum percutiens, ipso iure sit excommunicatus, 17. q. 4. capitulo si quis suadente diabolo Item, ut non conueniatur coram Iudice seculari, capit. si diligenti, de foro compet. & capitulo unico, de Cleric. coniug. lib. 6. Cardin. Clement. prima quest. 17. de vita & honest. Cleric. quod procedit in quolibet Clerico etiam in minoribus constituto, ca. 2. & ibi DD. de foro compet. & in cap. cum non ab homine, & ibi Doctores, de indic. & Alexand. consil. 355. alias consil. 210. incip. *Ponderatis his*, colum. nu. 2. in princip. 2. uolum. Cui breuiter responderetur, non amittere; sic gloss. in cap. si quis deinceps, in uerbo, iudicatum, 17. quest. 4. & capit. excommunicatorum, 23. quest. 5. & id expresse docent Innocent. in cap. si uere, numer. 3. de sentent. excommunicat. & ibi Felin. num. 2. & gloss. in cap. contingit 1. in uerbo, ordinati, & ibi Panorm. numer. 12. de sentent. excommunicat. & gloss. in cap. ut periculosa, in uerbo, retinere. Ne Cler. uel monach. lib. 6. ubi citat pro hac re Io. Bernard. & Hostiens. & eadem gloss. in cap. Quis enim no-

num. in verbo, Quis enim, 23. quæst. 5. Cardin. in Clem. 2. §. ceterum, de elect. Specul. in tit. de sentent. excommunicat. versicul. sed quæritur utrum verberans, & Ioa. And. in Regula, Delictum, de reg. iur. li. 6. Guil. de monte Lauduno, in Clement. 1. de penitent. & remiss. numer. 3. Marian. Socin. in cap. peruenit, numer. 144. de sentent. excommunicat. Angelica, in verbo, excommunicatio, 5. num. 24. vbi ait hanc esse communiorem opinionem, citâs pro hoc Vincent. Goffred. & alios, Sanct. Anton. 3. parte, titulo 24. capit. 1. versicul. percussus Clericum excommunicatum, dicens hanc esse communem opinionem. Siluest. verbo, excommunicat. 6. numer. 4. Summa Astensis, 2. part. libr. 7. tit. 3. artic. 2. quæst. 6. Tabiena, verbo excommunicat. 5. numer. 30. versicul. Septimus. Qui omnes docent, Clericū excommunicatum non perdere priuilegium Canonis, ca. si quis suadente diabolo, 17. quæst. 4. Ratio est: Quia hoc priuilegium, sicut & illud aliud fori, Clericis cōdonatum est ob duo, tum ad coercedam violentiam Laicorum; tum in tutelam Clericorum, & ordinis Ecclesiastici fauorem, argum. cap. contingit, 2. & ibi gloss. final. & Marian. Socin. num. 7. de sentent. excommunicat. Clericus autem excommunicatus non amittit priuilegium se tuendi, vt habetur in capitulo intelleximus, de iudic. & capitulo cum inter, & capitulo. fin. de except. & id colligit Panormitan. ex capitulo. 2. & capitulo. de Monialibus, de sentent. excommun. vbi si duo clerici, vel moniales percipiunt se adinuicem, incidunt in excommunicationem, & tamen percussus secundo, percussit excommunicatum, quia ille primo verberauerat, & nihilominus in excommunicatione incidit. Deinde, quamuis Ecclesia casus aliquos exprimat, in quibus clericus excommunicatus hoc priuilegio sit priuatus, vt capitulo, si verò, 1. capitulo ex tenore, capitulo. veniens, c. in audientia, & c. cum voluntate, §. finali, de sent. excomm. & c. 2. de pœnis, lib. 6. nullibi tamen exprimitur hic casus.

16 Non solum ergo Clericus excommunicatus, sed etiam suspensus, & interdictus hoc priuilegio gaudet, vt eū percussus, excommunicetur, ex Hostiensis in Summa, tit. de immunit. Eccles. §. In quantum, num. 9. versicul. sed nunquid hoc priuilegium, & Pan. in cap. penult. numer. 8. de immunit. Eccle. vbi citat ad hoc ca. dictum, dist. 8. & cap. at si clerici, de iudic. in fine. Immo, etiam si verbo depositus sit adhuc utroque priuilegio, hoc est tam Canonis, ca. si quis suadente, 17. quæstio. 4. quam fori, c. si diligenti, de foro compet. gaudet, ex gloss. in cap. ad abolendam, in verbo prerogatiua, & ibi Panorm. nu. 10. de hæret. Silu. verbo, Degradatio, num. 8. & Tabiena, verbo, eod. vers. Primo. Nauar. in Manual. c. 27. nu. 79. Dixi verbo depositum utroque priuilegio gaudere; Nam degradatus realiter huiusmodi priuilegia perdit, ex gloss. in c. dictum, in verbo, seculariter, dist. 8. r. Panorm. in d. c. ad abolendam, num. 10. de hæret. & in c. cum non ab homine numero. 5. de iudic. & facit c. degradatio, & ibi gloss. in verbo, priuilegio clericali, de pœnis libr. 6. Tabiena & Nauar. vbi supra, & Vgol. de censur. Eccl. Tab. 1. cap. 13. §. 15. num. 8.

17 Immo Clericus etiam coniugatus utroque priuilegio gaudet, etiam si excommunicatus sit, argument. cap. vnico, de Cleric. coniug. li. 6. dummodo ijs, qualitatibus affectus sit, eaque obseruet, quæ a Concil. Trident. Sess. 23. de reform. capitulo 6. requiruntur. Sicut etiam qui Clericus non est, religiosam tamen vitam ab Ecclesia approbatam gerens professus, vel nouitius in ea, utroque priuilegio gaudet, argum. cap. Monachi, & cap. De Monialibus, de sentent. excommun. in antiq. & cap. religioso, §. fin. de sentent. excommunicat. lib. 6.

18 Et quod diximus de percussente Clericum excommunicatum, incurere excommunicationem, eo quod excommunicatus hoc Canonis priuilegio non priuetur, idem de fori priuilegio dicimus, scilicet, nec clericum excommunicatum, etiam verbo depositum, etiam coniugatum, etiam notorius excommunicatus sit, coram Iudice seculari, sed tantum coram Ecclesiastico suo ordinario conueniri posse. arg. c. 1. & cap. si diligenti, de foro compet. & capitulo. vnico, de Cleric. coniug. libro 6. Specul. tit. de sentent. excommun. num. 10. Panorm. in cap. penult. num. 8. de im-

munis, Eccles. tum, quia priuilegium hoc Clericis in Dei honorem, ordinis fauorem, & tutelam contra Laicos cōcessum est, vt habetur c. contingit, 2. de sentent. excommunicat. quæ autem pro tutela conceduntur, ijs nec excommunicati priuantur. tum, quia hac ratione ex culpa alterius praiudicium suo iudici fieret, contra cap. Non debet, de reg. iur. lib. 6.

16 Et denique ob excommunicationem loci immunitatis non amittit, & proinde ad Ecclesiam fugiens inde extrahi non potest, arg. eorum quæ habentur in c. Metuentes, & c. Diffiniuit, 17. q. 4. Host. in Summa, tit. de immu. Eccl. §. In quantum, versicul. Quid ergo, & text. c. inter alia, & ibi DD. de immu. Eccl. Añch. in Cl. 1. & Guil. de monte Lauduno, nu. 2. & 3. & Imola, de pœn. & remiss. Sylu. in verbo immunitas, 3. n. 2. ver. secundum. Tabiena, verbo, eo. vers. 6. Nau. in Man. c. 25. n. 19. vers. Tertium, Vg. de cens. Eccl. Tab. 1. c. 13. §. 15. nu. 12. & est communis. Quia cum nullibi casus hic excipitur inter alios casus, de quibus in cap. inter alia, de immu. Eccl. nec nos excipere debemus, maxime, cum iniquitas hæc concessa sit ob honorem Dei Ecclesijs, vnde delictum alterius attendi non debet. Sed de his hæctenus.

De obligatione vitandi excommunicatos, & peccato, quod ex participatione cum excommunicato committitur. Cap. XI.

S Y M M A R I U M.

- 1 Preceptum de vitandis excommunicatis antiqui ssumum est, & ab Apostolorum temporibus deductum.
- 2 Ioannes Apostolus, presente Corintho hæretico, balnea ingredi noluit.
- 3 An, & quale peccatum sit, communicare cum excommunicatis.
- 4 In Diuinis cum excommunicatis participare peccatum mortale est.
- 5 Communicans scienter cum excommunicato maiori excommunicatione, in crimine criminoso, peccat mortaliter.
- 6 Participans cum excommunicato in ipso crimine, vel ante crimen commissum, non censetur participare cum excommunicato.
- 7 Participans, probabiliter ignorans alium esse excommunicatum, non excommunicatur.
- 8 Communicans cum excommunicato sed non in crimine criminoso, peccat, sed non excommunicatur maiori excommunicatione.
- 9 Absolutio ab excommunicatione ob participationem incursum, reseruat ei, cui complicitas excommunicatio est reseruata.
- 10 Glosse opinio quod auctore resellitur, eiusque ratio soluitur.
- 11 Excommunicator ipsemet communicando cum excommunicato a se in delicto, excommunicationem maiorem incurrit.
- 12 Communicans cum excommunicato in contemptum excommunicatoris, peccat mortaliter.
- 13 Participans frequenter malitiosè cum excommunicato an peccet mortaliter.
- 14 Malitia mortalis quam censenda.
- 15 Communicans cum excommunicato contra speciale mandatum superioris, an, & quando peccet mortaliter.
- 16 Participans cum excommunicato a Papa excommunicatione extendente se ad participantes peccat mortaliter.
- 17 Papa solus ferre potest excommunicationem se extendentem ad participantes.